

1144 gener 21. Sense lloc

El comte de Barcelona atorga una carta de franqueses als habitants de les parròquies de Sant Pere d'Osor, de Santa Creu d'Horta i de Sant Daniel de Maifré on els eximeix de cugucia i de força, permet el rescat en plata de les noies, i garanteix la justícia sots l'autoritat del seu batlle, a canvi del pagament de 150 auris.

- [A]. Original perdut.
- [B]. Còpia perduda escrita per Pere de Aliberch, escrivà jurat, a petició de Pere d'Areys, canonge i notari públic de Vic, del 19 d'agost de 1261.
- C. Còpia en pergami n° 129 (320 × 262 mm) conservada a l'AHCG, escrita per Jaume Tresfort, notari públic, substituït del notari públic de Girona Ramon Simó de Taialà, autenticada per Guillem de Déu, jutge ordinari de Girona, del 30 de juny de 1316.
- D. Còpia de C de principis del s. XIV conservada en el *Llibre Verd*, f. 1v.
- a. Ed. de la còpia D per Josep Maria FONT I RIUS, *Cartas de población y franquicia de Catalunya*, I, Barcelona, 1969, p. 99-100.

D'alcunes franchees fetes als homes de les parròchies de Sent Pere d'Osor e de Senta Crou e de Sen Daniel de Manfre.

Hoc est translatum fideliter sumptum, II. kalendas iulii, anno Domini millesimo CCC° sexto decimo a quodam alio translato cuius tenor talis est: hoc est translatum cuiusdam instrumenti quod sub istis continetur verbis:

Quia per scripturarum apices presentarum rerum fuit certitudinis, ideo ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinone et marchio ac princeps Aragonie, per me et per omnes presentes et futuros, amore Dei et remedium anime mee et parentorum meorum et aliorum christianorum et ad preces Raimundi, Ausonensi episcopi, et Raimundi de Montechateno et nobilium aliorum virorum, diffinio et omnibus modis perpetuo solvo, remito et evacuo vobis omnibus hominibus et mulieribus, parvis et magnis, parrochie Sancti Petri de Osorio et Sancte Crucis et Sancti Danielis de Manfredo et infantibus vestris cuncteque vestre posteritati atque progeniei vestre perpetualiter omnes ipsas cugucias que vobis petebam et petere faciebam, ita in hunc modum ut in antea ego, nec aliquis post me venientibus, dictas cugucias nec aliquid pro eas vobis, nec vestris genitoribus, nec aliquis in dictas parrochias comorantibus, eas non requiramus nec requirere faciamus, set modo et futuro vobis et vestris perpetualiter diffinimus et omnibus modis evacuamus, ita ut in antea in alio ab aliquo non conveniatis. Horum igitur formam sequentes per me et per omnes meos presentes et futuros dono vobis predictis et genitoribus vestris et aliis in dictas parrochias comorantibus perpetualiter propter paupertatem dictas parrochias franchecta et libertatem ut semper in manu baiuli mei et meorum de predictas parrochias mihi et meis et aliquis de vos et de vestris genitoribus querelantibus omni tempore placitatis in platea et banchum ecclesia dicta de Osorio et ibi faciatis et accipiatis complementum iusticie et nullo tempore non teneatis placitare nisi in dicta placita et banchum ecclesia dicta de Osorio et ego nec mei in antea de hoc non possimus vobis nec vestris aliquam facere forciam. Item, baiulo meo et meis omni tempore faciant ibi omnes iusticia a iudice /1v/ iudicatas, que ego vel meis debemus facere, et quicquid ipso baiulo ibi diffinierit vel concederit vel laudaverit, per me vel per meis, ratum et firmum fiat omni tempore et vos, nec vestris aliquid nostre vicarius non teneatis de aliquo. Preterea unamquamque muliere puella et omnia sua mobilia sit soluta, libera et diffinita de me et de meos omni tempore cum duobus solidis. Pro vero diffinitione et solucione et etiam donacione, francheda et libertatem, accipio a vobis centum quinquaginta aureos.

Digesta est autem scriptura XII° kalendas ffebruarii, anno VII° regnante Loduico, rege.

Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Falouti.^a Sig+num Guillelmi Falchusi. Sig+num Hoctonis. Sig+num Raimundi de Montechatano. Sig+num Raimundi, comes. Sig+num Raimundi, Dei gratia Ausonensis episcopi. Hornus iudex et miles qui hec firmo. Petrus, presbiter et capellanus domini episcopi. Poncio Alberti. Sig+num Alberti^b Macipi, vicarius. Petre Raimundo, baiuli.

Berengarius, presbiter, qui hec scripsit cum literis superscriptis de prima linea usque ad ultime die et anno quo supra.

Sig+num Petri de Ayreis, vicensis canonici et publici ville Vici notarii.

Sig+num Petri de Alibergo, scriptoris iurati, qui hoc translatum fideliter translatavit, scripsit et clausit mandato Petri de Ayreis, publici Vicensis notarii, XIII° kalendas septembris, anno Domini M° CC° LX° primo.

Eg+o Iacobus Tresforti, notarius publicus substituït auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toylano, publico Gerunde notario, hoc translatum fideliter sumptum a dicto alio translato non aliter per iudicem ordinatum subscripto et cum eodem comprobatum, scribi feci et clausi cum superscripto in IX linea ubi dicitur «non».

Sig+num mei Guillelmi de Deo, iudicis ordinarii Gerunde, qui presens translatum cum predicto alio translato non aliter autentico fideliter comprobavi et auctoritate iudiciali subscribo.

a. u *interlineada*, D. b. Sig+num Alberti *interlineat*, D.